



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCVIII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Vereinigung der Einkünfte eines Altars in der Katharinen-Kirche der Neustadt Brandenburg mit denen des Pfarrers, am 19. Nov. 1375.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCCVIII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Vereinigung der Einkünfte eines Altars in der Katharinen-Kirche der Neustadt Brandenburg mit denen des Pfarrers, am 19. Nov. 1375.

Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, cupimus fore notum, quod literas magnifici domini Ottonis marchionis Brandenburgensis sub majore sigillo suo vero, omni vitio et suspicione carentes, vidimus et legimus in hec verba: Nos Otto, dei gratia marchio Brandenburgensis etc. (S. No. CCXCIII.) Nos igitur his literis visis et intellectis, insuper deliberatione prehabita, usi consilio peritorum, omnia et singula premissa ac etiam literas per venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum Thidericum bone memorie, predecessorem hoc casu concessas grata et rata habentes, illa et eas auctoritate nostra ordinaria laudamus, approbamus, autorizamus et in dei nomine confirmamus dictum altare, diu per plebanum dicte ecclesie gubernatum et rectum, cum suis redditibus ac jure patronatus ad evidentiam et cautelam firmiorem, tractatu solempni prehabito, de pleno consensu et libera voluntate honorabilium dominorum Hentzonis prepositi, Bertrami prioris, et capituli nostre ecclesie Brandenburgensis ac plebani supradicti eidem ecclesie, cujus fructus sunt exiles et modici, ut ejus plebanus se congrue sustentare et divina officia plenius regere valeat ac aliis causis necessariis et utilibus exigentibus, per nos approbatis, nostra auctoritate ordinaria et certa scientia dispensando unum et unitum fore deinceps decernimus et mandamus, ita quod hujusmodi ecclesie et altaris unus et idem plebanus et rector, et quod plebanus ejusdem ecclesie, qui pro tempore est vel erit, redditibus prefati altaris, quia ejus, ut premittitur, est et erit rector, debeat et possit uti salvis divinis officiis dicto altari annexis, per predictum plebanum vel ejus capellanum sine aliqua fraudatione et subtractione faciendis et agendis. In evidens omnium et singulorum premissorum testimonium majus nostrum sigillum ac dictorum prepositi, prioris et capituli et plebani sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Seyezer, anno MCCCLXX^o. quinto, in die beate Elizabeth, presentibus honorabilibus viris, dominis Nicolao Plönis, nostro in spiritualibus vicario generali, Nicolao de Predenitz, plebano in Lubaz, aliisque quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Nach dem Originale, das aber sehr defect ist, ergänzt aus dem Copiarie.

CCCXI. Schiedsrichter entscheiden einen Streit zwischen dem Herzog von Sachsen und dem Bischof von Brandenburg, am 14. Febr. 1377.

In Gottes Name. Amen. Wir Bernhard von der Schulemburg, Kelner zu Halberstadt, Hentze Probist zu Brandenburg, Apeiz Probist tzum Berlin, Rudolf von Oppin, Ritter, Jordan von Neyndorph und Henningh Sedorph gekorn Scheidelute von den hochgeborn Fürsten und Herren Hern Wentzflaw und Hern Albrechte, Hertzogen zu Sachsen und tzu Lüneburg an-eyn Site und von dem erwertigen in Gote Vatern und Herren, Hern Tideriche, Biffchoffe tzu Brandemburg, an die andern Siten umb die Sachen und Stücken von des Kornes, Pferde, Vye und ander Dinghe wegen, die von dem Wedemen tzu Wittemberg und tzu Rostok genomen waren. Und wen die egenanten Fürsten und Herren beider Siet mit gudem Willen tzu vuller Macht tzu uns der selben Sachen geghanghen sien, also gesecheiden haben und scheiden mit Krafft dif-